

entia & sapientia contraria sunt infantia omne genus simul & stultitiam (opposita enim juxta sese posita, magis elucescunt) animo pertractavi. Tandem, ut in superiori naturae indagatione, expertus sum hoc itidem studium non modò felicitatem nullam, sed etiam spiritus mœrorem & angorem afferre.

CAPUT II.

VER. 1. Deinde quia multitudini sapientia inest multum indignationis, Et qui auget scientiam, auget dolorem.

EXperientia edoctus sapientiae investigationi plurimum molestiae adhærere, & pro mensura auctae scientiae augeri etiam mœrorem & animi mœstitiam.

VER. 2. Dixi ego cum animo meo, agetum, probem te lætitia, fruere igitur bono: sed ecce, etiam illud est vanitas.

Cum animo meo penitus constitui, aliam felicitatis acquirendae rationem inire. Agetum ergo anime mi, quid te in scientiae & sapientiae thesauris perscrutandis excrucias? cum hac via non successit, aliam aggrediar; & quid lætitia consequi possis, tentabo. Fruere ergo omnis generis voluptate: Ede, bibe, lude, hilaris agito, genio indulgeto. Nec enim gustare modò, & licitas libare delicias decre-

vi: